

Quaedam ex Chronico Sternbergico

Anno 910. pono S. Wenceslaum esse natum, quia Hagerij Chronologia hoc loco pertur-
bata cogit me ab eius computo discedere, secundum quem S. Wenceslaus natus anno 908,
occisus Anno 929. non plus quam 21. annum vixisset, quod est primo contra communem
omnium temporum traditionem, quae eum depingit virum aetatis utique maturae, itaq;
eum representat vera eius effigies apud P. B. Eremitas S. Augustini Neo-Praga ad S. Wenceslaum.

2do. Res eius gesta amplius videntur temporis spatium exigere praesertim bella
cum Duce Curimeni gesta quae Adolescenti annorum 17. aut 19 non bene conveniunt.

3tio. Wenceslavinus ait eum fuisse 28. quem hoc in dubio sequi statui, adeoq; cum a-
dem eius ad annum 939 cum plurimis aut cum Sigeberto ad annum 938. colorem vi-
sum est hoc loco eius nativitatem constituere.

Anno 914. S. Wenceslaum educandum sibi tradi à Pracomita impetravit S. Ludmilla.

Anno 921. in Civitate Budae S. Wenceslaus studia literarum inchoavit aetatis sua 11.

Anno 916. ponit Hagerus mortem Wratislai Patris S. Wenceslai: sed quia manifestum
est eum hoc loco in Chronologia errare cum Boemia Historici reliqui annos non an-
notat, eum aliunde conabor emendare. Nam D. Saubravius longo satis tempore

domi forisq; quietis rebus ait eum impetasse.

Quo igitur Wratislauum diutius dominatum esse: quod ut asseram inducor s. quia
Ioannes Nauclerus in sua Chronologia generatione 31. asserit Henricum Ducem

duxisse militem Pragae Boemorum Urbem, Regemq; eorum cepisse in ditionem qui
erat Pater Boleslai, qui quam diu vixit, ei fidelis fuit: Boemia tributaria facta

ep